VI. Scirpodendron Zippelius Mspt.

Spicae glomerato-paniculatae, compactae, undique squamatae. Squamae emarcidae persistentes, inferiores saepius 3-, superiores 1-spiculatae, 8—10-florae, androgynae. Flosculus centralis ♀ nudus; flosculi reliqui ♂ omnes 1-andri, 1-squamulati. Squamulae squamae contrariae; laterales compresso-naviculares; vacuae O (an semper?). Ovarium lagenaeforme; stylus longiusculus, 2- (an etiam 3-?) fidus. Achaenium magnum obovatum 6-(12-?) costatum, pericarpio carnoso (in sicco corticoso, rugoso); nucleo lapideo mucronulato. — Planta 4 habitu Pandanis veris acaulibus tam similis, ut ab his aegre nisi inflorescentia discernenda.

1. *Sc. costatum* Krz. *Scirpodendron pandaniforme* Zipp. Mss.; *Pandanophyllum costatum* Thwait,; *Scleria macrocarpa* Wll.

Hab. In den Bergwäldern West-Java's, an den Bergbächen und an feuchten Stellen; — Singapor, Penang, Ceylon. — Sunda-Name: Harrassas.

Ich zweifle, ob die Thwaites'sche Pflanze mit der Zippelius-schen identisch ist, da Thwaites' kurze Beschreibung mit der oben gegebenen Diagnose nicht ganz übereinstimmt. Nach Thw. sind die Achaenien 6—12-gerippt, während die mir allein zu Gebote stehende malaische Art nur 6 Rippen zeigt.

De reactionibus in Cetrarieis.

Scripsit W. Nylander.

Reactionum in Lichenibus expositionem continuans hic Cetrarieis occupabor. Neque in iis desunt eo respectu momenta, quae maximae sunt utilitatis et quibus attendere coacti sunt omnes Lichenum studiosi. Etiam Adjuncto Fries, cui „scripta Nylandri minime placent" et Doctori Lindsay, qui reactiones vix minus superbe agressus est, iisdem sedulo uti necesse est aut omnem Lichenologiam deserere, nam anachronismum jam hodie sisteret, in Lichenibus examinandis characteres chemicos negligere.

Inter exempla utilitatis eximiae, quae ope novae a me institutae methodi diagnosticae obtinetur, citare convenit differentias reactionum inter *Platysma commixtum* et *Pl. Fahlunense*, unde patet, nunc specimina eorum quidem minime evoluta vel fragmenta qualiacunque inter se facile moxque specie distingui,

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0445-5

VI. Scirpodendron Zippelius Mspt.

Spicae glomerato-paniculatae, compactae, undique squamatae. Squamae emarcidae persistentes, inferiores saepius 3-, superiores 1-spiculatae, 8—10-florae, androgynae. Flosculus centralis ♀ nudus; flosculi reliqui ♂ omnes 1-andri, 1-squamulati. Squamulae squamae contrariae; laterales compresso-naviculares; vacuae O (an semper?). Ovarium lagenaeforme; stylus longiusculus, 2- (an etiam 3-?) fidus. Achaenium magnum obovatum 6-(12-?) costatum, pericarpio carnoso (in sicco corticoso, rugoso); nucleo lapideo mucronulato. — Planta 4 habitu Pandanis veris acaulibus tam similis, ut ab his aegre nisi inflorescentia discernenda.

1. *Sc. costatum* Krz. *Scirpodendron pandaniforme* Zipp. Mss.; *Pandanophyllum costatum* Thwait,; *Scleria macrocarpa* Wll.

Hab. In den Bergwäldern West-Java's, an den Bergbächen und an feuchten Stellen; — Singapor, Penang, Ceylon. — Sunda-Name: Harrassas.

Ich zweifle, ob die Thwaites'sche Pflanze mit der Zippelius-schen identisch ist, da Thwaites' kurze Beschreibung mit der oben gegebenen Diagnose nicht ganz übereinstimmt. Nach Thw. sind die Achaenien 6—12-gerippt, während die mir allein zu Gebote stehende malaische Art nur 6 Rippen zeigt.

De reactionibus in Cetrarieis.

Scripsit W. Nylander.

Reactionum in Lichenibus expositionem continuans hic Cetrarieis occupabor. Neque in iis desunt eo respectu momenta, quae maximae sunt utilitatis et quibus attendere coacti sunt omnes Lichenum studiosi. Etiam Adjuncto Fries, cui „scripta Nylandri minime placent" et Doctori Lindsay, qui reactiones vix minus superbe agressus est, iisdem sedulo uti necesse est aut omnem Lichenologiam deserere, nam anachronismum jam hodie sisteret, in Lichenibus examinandis characteres chemicos negligere.

Inter exempla utilitatis eximiae, quae ope novae a me institutae methodi diagnosticae obtinetur, citare convenit differentias reactionum inter *Platysma commixtum* et *Pl. Fahlunense*, unde patet, nunc specimina eorum quidem minime evoluta vel fragmenta qualiacunque inter se facile moxque specie distingui,

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0445-5

nec amplius opus esse examine spermogoniorum, ut ambae hae species dignoscantur. Sic quoque reactio demonstrat *Cetrariam Delisei* speciem esse propriam a *C. Islandica* disjungendam. Ceteroquin omnes notae hydrate kalico et hypochlorite calcico in hac tribu observandae expositione sequente indicabuntur.

I. Platysma.

I. — Species, quarum nec thallus supra nec medulla, nec hydrate kalico nec hypochlorite calcico tinguntur (K =, Ca Cl =).

Pl. triste (Web.).

Pl. Fendlerii (Tuck.)

Pl. polyschizum Nyl.

Pl. commixtum Nyl.

Pl. saepincola Hffm.

Pl. ulophyllum (Ach.).

Pl. orbatum Nyl. [1])

Pl. aurescens (Tuck.). Thallus crassit. circiter 0,15 millim., medulla alba.

Pl. juniperinum (L.) et *pinastri* (Scop.). Medulla (*vulpulino*, sine dubio) intense citrina.

Pl. ambiguum (Bab.). Thallus crassit. circiter 0,20 millim.

Pl. everniellum Nyl.

Pl. nivale (L.).

Pl cucullatum Hffm.

Pl. meldalomum Nyl.

Pl. rhytidocarpum (Mnt.).

Pl. complicatum (Laur.) et *Oakesianum* (Tuck.).

Pl. citrinum (Tayl.).

Pl. nephromoides Nyl. Enumér. Lich. p. 100, coll. Hook. et Thoms. Ind. or. no. 2020.

Pl. leucostigmeum (Lév.). Distat specie *Pl. Wallachianum* (Tayl.), quod vid. infra, reactione alia.

II. — Species, quarum stratum corticale hydrate kalico flavescit, medulla non tingitur; hypochlorite calcico, nulla reactio nec corticalis, nec medullaris. K ±, Ca Cl =.

Pl. glaucum (L.).

---

1) ***Platysma orbatum*** est quasi *Pl. ciliare* (Ach.) absque ciliis et absque reactione ulla nec corticali nec medullari affuso hydrate kalico. Spermatia utroque apice (obtuse) clavatulae, longit. 0,004 millim. In California, pinicola (Bolander).

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0446-1

Pl. lacunosum (Ach., et var. *laciniatum* Nyl. e California).

III. — Species, quarum stratum corticale hydrate kalico flavescit, medulla non tingitur, sed affuso deinde (post actionem hydratis kalici) hypochlorite calcico reactio oritur medullae erythrinica saltem diluta. K±, CaCl∓.

Pl. septentrionale Nyl. Accedit versus *Parmelias*. Spermatia habet sicut *Pl. lacunosum* h. e. altero apice (infero) fusiformi, altero clavatulo, longit. 0,005 millim., crassit. 0,001 millim.

Pl. ciliare (Ach.).

IV. — Medulla hypochlorite calcico erythrinice tincta; stratum corticale hydrate kalico flavescens. CaCl∓. K±.

Pl. megaleium Nyl. (Cfr. Flora 1869, p. 290).

V. — Species, quarum nec stratum corticale nec medulla hydrate kalico colorantur, sed post applicationem hydratis kalici medulla hypochlorite calcico saltem leviter erythrinice rubescit. K=, CaCl∓.

Pl. Richardsonii (Hook.).

Pl. Wallichianum (Tayl.). Perperam in Nyl. Syn. p. 305 junctum est ut var. sub *Pl. leucostigmeo*.

Pl. Stracheyi (Bab.). Reactio erythrinica evidentior, si praecedit hydras kalicus. Thallus firmior crassiorque (crassit. 0,3—0,5 millim.) quam in *Pl. nephromoide* (cui thallus crassit. 0,2—0,3 millim.), quod perperam ad unam eandemque speciem ducitur in Nyl. l. c.

VI. — Stratum corticale hydrate kalico non mutatur, medulla flavescit; hypochlorite calcico nulla nec strati corticalis nec medullae reactio. K∓, CaCl=.

Pl. Fahlunense (L.) Nyl.

II. Cetraria.

I. — Species, quarum thallus nec hydrate kalico nec hypochlorite calcico ullam ostendit reactionem nec strati corticalis nec medullae (K=, CaCl=).

C. Islandica (L.) cum varr. *platyna*, *crispa*, *subtubulosa*.

C. nigricans Nyl.

C. aculeata (Ehrh.) cum varr. *acanthella*, *edentula*, *muricata*, et *C. odontella* Ach., quae vix specie differt.

C. Californica Tuck. Sporae ei longit. 0,007—8 millim., crassit. 0,004 millim.

II. — Species, cui nec hydrate kalico nec hypochlorite cal-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0447-7

cico ulla thalli reactio est visibilis, at mox post actionem hydratis kalici medulla (saltem leviter) rubescit. K =, Ca Cl ∓.

C. Delisei (Bory) Nyl. Lich. Lapp. or. p. 114. Var. *fastigiata* (Del.) facie et saepe colore simulat fere *C. Islandicam* var. *crispam* Ach.

De reactionibus in Alectoriis.

Scripsit W. Nylander.

Etiam in genere *Alectoria* (tribum propriam constituente *Alectorieorum*, removendis scilicet *Ramalineis*) reactiones maximi sunt ponderis. Modo sequente eae hic disponantur.

I. — Species, quibus nulla reactio thallina neque hydrate kalico neque deindeapplicato hypochlorite calcico (K =, Ca Cl =).

A. Loxensis (Fée).

A. nigricans (Ach.).

A. bicolor (Ehrh.). Etiam omnino toto thallo nigricante occurrit et facie accedens ad *A. divergentem*.

A. chalybeiformis (L.) et var. *lanestris* (Ach.).

A. Fremontii Tuck.

A. ochroleuca (Ehrh.) et *luteola* (Del.).

A. virens (Tayl.).

II. — Species, quibus thallus hydrate kalico nec extus nec medulla tingitur, sed medulla deinde (saltem dilute) erythrinice rubet. K =, Ca Cl ∓.

A. divergens (Whlnb.).

A. sarmentosa Ach. cum f. *crinali* Ach. et var. *cincinnata* Fr.

A. osteina Nyl.

III. — Species, quibus thallus hydrate kalico extus flavescit, medulla incolor manet nec mutatur addito hypochlorite calcico K ±, Ca Cl =).

A. sulcata (Lév.).

A. jubata (Hffm.) Ach. (huc *prolixa*, *cana*, *capillaris*, *setacea* Ach.).

Alia occasione *Ramalinarum* notas chemicas analogas afferam quae sunt sane optimae, nam multis speciebus hydrate kalico medulla e flavo crocee tingitur, aliis facile commixtis nulla talis conspicitur reactio. Sensim ita characteres explicabo novos, ubi occurrunt, apud omnes Lichenes cognitos.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03650-0448-2

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1869

Band/Volume: 52

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: De reactionibus in Cetrarieis 441-444